



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 30. Cranmerus Cantuariensis Archiepiscopus apud Regem delatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

**Sæcul. XVI.** quibus se offendit, veniam in-  
A C. 1546 dulsit, nisi aliunde plurimum gratia &  
 auctoritate apud ipsum valerent: ex  
 adverso illos, qui vel intima ipsius ami-  
 citia honorabantur, vel ejus animum  
 falsa persuasione jam præverterant, tam  
 potenter protegebat, ut non raro accu-  
 fatos, etiam si eorum crimen nulla ter-  
 giversatione celari posse videretur, ni-  
 hilominus tanquam innoxios defende-  
 ret. Hoc pacto ipsum etiam Cranme-  
 rum Cantuariensem Archiepiscopum  
 contra omnes ejus accusatores tutaba-  
 tur.

§. XXX.

*Cranmerus Cantuariensis Archiepi-  
 scopus apud Regem delatus.*

*Burnet hist.* **H**ic idem Archiepiscopus accusabatur,  
*de ref. p. 470.* quod rejectis sex illis antea memo-  
 ratis articulis Sacramentorum hostes  
 protegeret, palamque novæ Reforma-  
 tioni faveret. Præterea exponebant  
 alii Henrico, quod hujus accusationis  
 veritas validis comprobata sit argumen-  
 tis, nunc vero non modo hujus Præsu-  
 lis dignitas, sed vel maxime summa  
 ejus auctoritas illum ferme contra om-  
 nem juris rigorem omnino tutum red-  
 deret, omniumque accusantium ora  
 mox severa illa objurgatione, qua sua  
 Majestas ejusmodi delatores jam fæ-  
 pius

pius excepisset, clauderentur: si tamen Sæcul. XVI.  
addebat illi, Cranmerus Londinensi A.C. 1546.  
Turri includeretur, abs dubio tunc de-  
pulso timore illius crimina libere dete-  
gerentur. Cum ergo Henricus hunc  
Archiepiscopum altera die a Senatu Re-  
gio citari permisisset, spes affulgebat,  
fore, ut Rex illum, si reus inveniretur,  
ad turrim abstrahi juberet. Verum pau-  
lo post Rex illum concubia nocte accer-  
siri præcepit, atque illi cuncta, quæ  
in eum alii molirentur, consilia mani-  
festavit, eique omnia suggessit media,  
quibus eorum insidias eludere posset:  
præprimis vero eundem admonuit, ut  
quidem coram Senatu compareret, pe-  
teret tamen, quatenus tanquam Regis  
Regnique Consiliarius haberetur, ac  
priusquam de eo quicquam decernere-  
tur, præsentibus suis accusatoribus au-  
diretur, si vero judices hisce postulatis  
annuere recusarent, in eum casum suade-  
bat Rex, ut ad ipsum provocaret, hanc-  
que ob caussam se a Senatu absentem  
fore Rex promisit: id vero cum dice-  
ret, annulum Regium e digito suo de-  
trahens hæc Cranmero dixit, si Judices  
tui appellationem tuam acceptare cun-  
ctabuntur, hunc eis annulum exhibeto.

D 3

§. XXXI.